

*AD EUNDEM.*

**M**iranda exponit Naturæ effecta Borellus,  
Non mirum est, miro cum fit is ingenio.

*Addictissimus*

**IO. ALEGRIUS,**  
I. D. E. I. C. E. C. A.

---

In laudem Eruditissimi viri, P. Borelli  
Medici, ejusq; Observationes Medico-  
physicas.

**F**rendeat ira minax, exanguis livor, & ignes  
Durabit tuus hic, docte Borelle, liber.

Utilis est etenim nimium mortalibus ægris,

Ut tenebris illum mors properata tegat:

Es brevis & clarus, nullaq; ambage relicta,

Admiranda refert pagina docta tua.

Hic nudo vultu, velis natura remotis

Se præbet curis ingeniosa tuis.

Exanguisq; doces torqvêtes corpora morbos

Pellendi methodum. Nec via difficilis.

Ergo diù possis doctos depromere libros,

Venturis profis semper ut arte tua.

Incipe Naturæ portas referare profundas,

Democritusq; tuus prodeat in medium.

Tandē ut sis notus cunctis, fulcrumq; laboris,

Mæcenas adfit, qui velit esse tui.

G. S. C.

A 4

In